Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Conradus Abbas Septimus.

1345. usq. ad 1353. Conradus de Luikirch septimus Abbas domus huius electus est anno j 3 4 5.

Regnauit annos 8.

Obiit anno j 3 5 3. 5 Martii.

Emit Monrio diuersa bona pro 280 marcis. Item alia bona pro marcis 130.

Pontifex.

Clemens 6.

Innocentius 6. qui sedit annos 9. m. 8. d. 26.

Cesar.

Carolus 4tus, qui factus è imperator j 3 4 7.

Comes Tyrolis.

Ludouicus Brandeburgicus cum coniuge Margaretha.

Notatu dignissimum est, q. de quodam Sacerdote Conuentuali Monrii nil auctor quidam scriptum, & ipso publicatum reliquit cuius tenor: in germanicis uerbis sequitur.

[illegible]

Henricus Abbas Octauus.

1353 usq. ad 1369. Anno Domini j 3 5 3 electus in Abbatem fuit fr. Henricus Albrechtsegg. de Venina.

Regnauit annos j 6.

A°. j 3 5 8. in Feb. mane circa 3tiam erat fulgura, tonitrua, grandines gr.

Obiit anno j 3 6 9. 3 Iulii.

Emit bona pro marcis 46.

Pontifex.

Vrbanus 5. qui sedit annos 9. m. j. d. j 6.

Cesar.

Carolus 4.

Comes Tyrolis.

Ludouicus Bauarus cum sua Margaretha.

Postquam Ludouicus iste obiit Anno Dni j 3 6 j. relicto filio ex Margaretha, Meinhardo herede Tyrolis, qui Meinhardus Margaretham Austriacam duxit, & cum ea in Arce Tyroli nuptias celebrauit anno aetatis suae decimo quarto, & sine liberis obiit anno j 3 6 3; mater ipsius sola Tyrolim habebat, quam ex prouincialium ordinum decreto, proximis suis cognatis, Rudolpho, Alberto & Leopoldo Austriacis pleno iure tradidit. quem traditionem & donationem Carolus impator ratam habuit, & confirmauit. Et sic Austriaci ex donatione dictae Margarethae Maultasch facti sunt Comites Tyrolis Anno Dno j 3 6 4.

Ipsa a. Maultasch post factam resignationem Tyrolis, profecta è Viennam, quoad uixit, in Summo honore habita. & post obitum ad Diuam Martham sepulta est anno sexagesimo 6to.

Post Tyrolim Austriacis à Margaretha transcriptam Ludouici defuncti fratres, Ludouicus Romanus & Otto Bauariae Principes, & Brandeburgici Marchiones; publicis tabulis testati sunt, nil iuris sibi ee in eâ ditionem, neqs eo nomine Austriacis ullâ se molestiam exhibituros. Decius lib. 3. fol. j 13 & 14.

Stephanus senior, & Albertus fratres; item Stephanus, Friderius, & Ioannes ee fratres, filii Stephani Senioris, post diuturna bella cum Austriacis habita pro Tyrolim, tandem amicabile habuerunt compositionem cu Alberto & Leopoldo, & publicis e. & defuncti Austriacis Schlosperg, Landegg & Marrai. Scherdinge A°. j 3 6 9.